

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Regina Arabiae seu psychuran hierosolymoporeia

Rachel, Joachim

Hamburg, 1653

Carmina, qvae seqvntur, partim in librum, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-160500](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160500)

Carmina, quæ sequuntur,
partim in Librum, partim in O-
bitum b. Conjugis, scripta
sunt

Ad Rev. Clarissimumq[ue] VIRUM

DN. JOACHIMUM
RACHELIUM P. L. C.

apud VVesselibureos Archidiao-
num meritis, præmaturum Conju-
gis obitum lugentem.



Ur adeo tristes angunt tua pectora
luctus,

Totus & in lessus desuis & la-
crimas?

Quid gemis extinctam? quod
scindis pollice crines,

RACHELI, Aonidium gloria,
fama, decus?

Desine defunctam vanis revocare querellis,
Abjice singultus, siste modum lacrimis.

Est pietas lugere suos; metamq[ue] dolori

Ponere non minus hoc est pietatis opus.

Sis memor, ut cunctos nullo discrimine letum

Auferat & nulli parcere Parca queat.

Jam tua cœlesti Salomoni adjuncta triumphat,

Iam diò fruicitur nectare & ambrosiâ:

Nos

Nos alia ex aliis miseri hic in fata vocamur,
Nostraq; multigenis vita repleta malis.
Atq; Feminæ pralucida Gemma Coronæ,
MARGARIS, ô Salve! perpetuumq; Vale!

Doloris & honoris testandi
causâ scrib.

Johannes Doro / J. U. D.
Serenissimi Slesvici Holfatiæq;
Ducis; nec non Reverendis-
simi atq; Illustrissimi Episco-
pi Lubecensis Consiliarius,
Brunsvigæ ad D. Blas. Cano-
nicus.

CAstam RACHELIUS deslet sociam; dolor
ingens!

Non *est* est, *parit*: mors rapit atq; necat.

RACHELIO vita est *parit* atq; molestia summa;

Mœsta domus lacrimis, plena dolore jacet.

Oeconomia vacat, Conjux suspiria ducit,

Et querula uxorem voce redire cupit.

Non redit, estq; tenax & inexorable fatum,

Nonnunquam dimittit, quod semel abripuit.

A lacrimis igitur cesses, Venerande RACHELI:

Committas DOMINO quæ reparare nequis,

In cælo quondam sociabitur illa marito:

Interea dicas: Compar Amica VALE.

Condolentiæ causâ scripsit

Christianus Woldenbergius,

Crempa-Holfatus Phil. J. U. D. &

Prof. Rost.

c iiii

Optima

39 **O**ptima quæ cadunt; nihil est in orbe perenne:

30 Præda truci Mortæ Vir Mulierq; sumus.

Tharaides grandi lugens merore Ducissam,
Etri duplicibus faucibus abdit agri.

Abrahides pinguis sequitur post fata Rebecca,
Plorat Ovem Isaacides sic obiisse suam.

RACHELIUSq; sua deplorat funera RAHEL:
Pastoris docti chara Ovis illa fuit.

Cum tamen hanc videas sortem, Reverende Poëta,
Communem Patribus: Te levet ista Trias.

33 Ordine nos sequimur; properamus ad ora vocantis

33 Judicis: hisq; modis: Optima quæq; cadunt.

Hac properiter debita condolentia ergo
Rostochio trans mittebat

Heino Rigijs, Phil.
& Med. D.



MMARGARIS occubuit fatali lege: quid
inde?

Qui dedit, ipse tulit, qui tulit, ipse da-
bit.

Lampertus Alardus, S. S. The-
ol. Licent. Phil. Mag. Poet. Laur.
Cæs. & Pastor Brunopolitanus.


De

De ψυχρανεροσολυμπορεία, tibi
totiq; Orbi Christiano gratulor, mihi in-
dè gavifurus, quando Exemplar, qvòd pro-
mittis, habebò. Monostichon & in illam
Laconicè conceptum accipe.

AD Cælum monstras iter hoc Duce, Clare **R A-
CHELI:**

Felix, qvòd tecum tale cepisset iter!

Idem.



Consperere velut lacrumarum rore feretrum
Christiadae, & qverulum voce dedere melos.
Fæmineum qvando spem præter Dorcada florem
Trux Libitina truci pollice sustulerat:
Taliter, haut aliter suspiria pectore ducunt,
Qvæis candore ni vis Cordis imago nitet.

MARGARIN (ò verè talem!) RACHELIDA
postquam

Clepsere immitti fata severa manu.
Qvæ Pietatis erat speculum, Probitatis imago,
Adjutrix Iri, Stella corusca domus,
Pacis amans, fastuq; carens, non invida cuiquam,
Fellis egens, iræ nescia, fraudis inops,
Qvæ parere, & partis norat benè provida rebus
Parcere, conda suo tempore, Proma suo.
Ut paucis: Virtus qvæ vis sic fulsit in illa,
Annulus ut fulget Iaspide, Sardonychò.

c v

Præsertim

Praesertim tali viduatus Coniuge Coniux
 Ingemit & lacrimis tempora maesta notat;
 Tristibus abreptam lamentis namq; requirit,
 Seu ruat in tenebras, seu fiet orta dies:
 Haud secus ac Phœbi lumen nigricantibus umbris
 Immersus votò flagitat immodiçò.
 Talia contortus fert vota sed irrita ventus,
 Nil profecturus fletibus ora madent.
 Ipsaq; tergeminus licet exedat ilia luctus,
 Et grave cordolium semina mesta serat:
 » Fas tamen haud nimium flere & lacerare capillos,
 » Lugendi certum praeestat adesse modum.
 » Gens ignara DEI, luctu tabescit inani,
 » Expes atq; ve poli firmata pulla gerit;
 » Nos, quibus affulsit doctrinae viuida lampas,
 » Spes longè melior viuidiorq; manet.
 Et quare tetricas animis extergere nolit
 Tristiciæ maculas dedita turba DEO?
 Nonne penes IOVAM nostræ dimensio vita?
 Vertitur ipsius Clepsidra nonne manu?
 Si DOMINO placuit, nosse quare Conditor; ergo
 Et nobis placeant, quare placuerit DEO.
 Diuina semper sit congrua nostra voluntas,
 Cujus stat nutu Vitaq; nexq; ratò:
 Illum perpetuis quæ uicium medullitus ardent
 Ignibus, adversâ sorte fremente nimis,
 His cuncta in melius vergant fuit, euge, necesse,
 Lubrica quare modo fors, lurida mors uè
 ferant.

Amisſa

*Amiffa hancquaquam Matrōna eſt MARGA-
RIS; alto*

Sed præmiſſa polo, paſcitur ambroſiâ.

*Lapſus abeſt, metus omnis abeſt, procul atque fa-
ciunt*

Cura, pavor, peſtis, bella, ruina, lues:

Leta gerit palmis palmas, amarantina ſerta

Expectat vittrix poſt ſtata fata polo.

Præceſſit ſaltem campos ſortita beatos,

Quæ modò ceſeſſit ſq̄ vallidiorẽ ſold.

Nos præſtolatur, fuerit quævis rit: ſeq̄ vendum,

Rumpet ubi vitæ ſtamina Parca ferox.

Ante ſed auricom ſcandet Dictynna quadrigas

Fratriſ, deſiet Trinacriſ hybla thymo;

Quam noſtris fatò migrabit fuucta medullis,

Semper enim Virtus haud moritura viger.

O ſalve cæli conſors! nec reſpue triſtes

Quæ fundo triſtis munera ad exequias:

Et, ſi parte aliqua ſaltem mortalia curas,

Accipe, quæ turbonania noſtra litat.

Oſſa cubent tumulto feliciter; unde receſſit,

Arces ſed repetat Spiritus ætherias;

Flammigera donec deſcendat nube coruſcans

Soter, juſq̄ ratum dicat Adamigenis,

Particulam auræ dix̄ juncturus, & artus

Corporeos ruſum cunctipotentẽ manu.

Condere nunc tumulto, veri ſed tempore veris,

Ceu floſ è tepida progredieris humò;

Ut tranſplanteris Paradifi ad cœlica tempe,

Atq̄, ſeras meſſiſ centupla grana die.

Quisquis

- 3) Quisquis es, hanc vitam caste, justeq; pieq;
 Transige, sic Pauli scita verenda docent.
 3) Fide DEO, diffide homini: sic namq; salutis
 Justiciaq; tibi portus & ortus erit.
 3) Huic q'vi se credit, nunquam jacet ille, sed illi
 Fautor & Autor adest, Cultor & Ultor ad-
 est.
 3) Puncta sub humanis medit. are novissima rebus,
 Ne faxis q'vorum postmodo poeniteat:
 3) Nec fallax Pyliam tibi pollicitare senectam,
 3) Q'vò minimè credis tempore Morta venit.

Sic piè denatam ex verà συμπαθείας affe-
 ctione παλιζων καὶ μακαρίζων
 prosequebatur

Joachimus Theodori, Eccle-
 siae Cotzenbullensis in Eide-
 rostadiâ Pastor.



In ψυχρα νιερσοσολυμπορείαν.

Thurilegos linquens Arabes Nabatheaq; res
 gna
 Deproperat Solymen, magnâ stipante catervâ,
 Heroina potens, adit & regalia Regis
 Tecta fuit nemo q'vò ditior, evehit & quem
 Inter mortales sapientia summa, Tonantis
 Indultu, visum tam mentis opumq; potentem
 Ducto.

Ductorem populi, majestatemq̄, tremendam,
Quis visisatur: vix ò vix hausimus hisce
Auribus Eois, famà referente, sub oris
Dimidium, felix, tibi qui famulatur, habetor!

Desere terricolas, vasti loca desere mundi,
Quà via labosos per tot discrimina rerum
Lubricat uda pedes, CHRISTI de nomine blando
Dicta phalanx, nitidi connexa tuetor Olympi,
Et Regum Regi, major Salomone celebri
Qui cluet, intrepide te sistito, mira videbis.

Is tibi, seq̄, tibi validò conjunxit amore
Infami morienstrunco (miserabile visu!)
Ac immane nefas purgavit sanguinis undà,
Christicolis spondens veniam sortemq̄, beatam;
Is solymam referat cælestem secula nulla
Quàm frangent, hujus finem sapientia nullum
Est habitura piis sedet hac spos mente reposta.

Felix ad Regem CHRISTU M per nubila “
cæli “

Radit iter quisquis, terrenà mole relicta, “
Et sese letus Divorum cætibus infert! “

Felix sidereis paulatim advescere rebus “

Qui discit, superùmq̄, subinde ad gaudia niti, “

Is longè majora suis concernet ocellis, “

Quam fuit in terris vitali luce fruiscens, “

Contuitus, longè cælesti in sede resurgens, “

Audiet is meliora solo quam credidit unquam “


Inter Adamigenas degens & inania captans. “

Pluribus

Pluribus artium solertia culta RACHELI
Hoc argumentum quadrans ad tempora tractat,
Inculcatq; pie suavis sermone, cavato
Enodis posthac Cedri quem cortice pinget
Posteritas: hunc jam patulas emittit in auras,
Exhibet atq; bonis, quorum non illita fuco
Pectora; suaviloquo gratas quo nomine grates
Persoluisse Viro fas est, fruierq; labore
Presenti, fructus lecturum melle manebit
Dulcior hybleo sapidisq; salubrior herbis.

Tu äm, Seltene, tu äm Pegerete.

Idem.



Zwen Trostgeticht

Über den zwar betrübten / doch seligen Abscheid von dieser Welt

Der weyland Ehrbaren / Viel Ehr und Tugendreichen Frauen

Margaretae Kachels &c.

ad pie defunctæ Virum, nunc Viduum.

I.

E In edle Perle war / mein Bruder / dir gegeben
Vom allerhöchsten Herrn zu Trost in deinem Leben /

Daran